



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 125. Felix V. Joannis a Jesu Maria Carmelitæ Excalceati decessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

antiquis Deorum, Gentilium, & Sybilla- Sæc. XVII.
rum, & tractatum de voluptate abdicanda A. C. 1615.
 præter sermones varios, & plurima alia.

§. CXXV.

Felix P. Joannis a Jesu Mariæ Car-
melitæ Excalceati decessus.

Specialem meretur mentionem Vene- *Opera V.*
 rabilis Joannes a Jesu Maria ob vitæ *Joan. tom. I.*
 sanctitatem, atque eruditionis præstan- *Miræus*
 tiam longe celeberrimus. Hic in Cala- *Script. Sæ-*
 guritana Hispaniæ urbe natus, a teneris *cul. XVII.*
 haud obscura futuræ sanctitatis speci-
 mina edidit. Præprimis Teresia Espa-
 gnola ejus Matertera non mediocri vir-
 tutis sæmina hunc puerum tum adhuc
 quinquennem Romæ inter discalceatos
 Carmelitas effulsurum vaticinabatur,
 quamvis tum in ipsa etiam Hispania ab
 uno circiter anno non nisi pauci novæ
 hujus reformationis furculi in obscuro
 Durueli tugurio latitassent. Postquam
 vero Joannes noster variis virtutum ex-
 ercitationibus, ac sacratoribus disci-
 plinis mentem suam ad prodigium usque
 efformaverat, eodem anno, quo san-
 cta Theresia obiit, ad ejus reformatio-
 nem susceptus est, expletoque in omni-
 bus virtutum exercitiis tyrocinio sequen-
 ti anno professionem Pastranæ emisit, ac
 Genuam missus, Scholasticæ & Mysti-

Sæc. XVII. cæ Theologiæ, necnon S. Scripturæ
A. C. 1615. studio tam sedulam navabat operam,
ut omnes profundam in disputando sapientiam, & sublimem rerum divinarum cognitionem mirarentur: postea Novitiorum educationi, aliisque Ordinis sui officiis præpositus, tandem Definitor Generalis eligitur. Tanta vero sanctitatis, ac profundæ scientiæ ejus fama percrebuit, ut plures Principes, ac præprimis Ptolomæus Gallius & Sfondratus Cardinales in via spirituali Joannem tanquam Ductorem, atque oraculum sequerentur, ac ipsemet Clemens VIII. ipsum triginta illis Theologis, quos disputationibus de auxiliis destinaverat, connumerari voluerit, quem tamen honorem deprecatus, scripto Pontifici oblato sententiam suam circa hoc argumentum exposuit. Postea anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo primo in Præpositum Generalem electus, totam Congregationem magna prudentiæ ac virtutum laude moderatus est, quo munere expleto ad Conventum S. Sylvestri in Tusculano sese recondens, ac nonnisi altissimæ divinorum contemplationi addictus, postremum mortis suæ diem præstolabatur, qui erat vigesimus octavus Mensis Maij. Biennio post Corpus ejus, vestibus marcore penitus exelis, integrum, vidum-

vidumque repertum est, prout hodie- Sæc. XVII.
 dum in ligneo sarcophago ad latus Ora- A. C. 1615.
 torii reconditum ibidem conspicitur.

§. CXXVI.

Ejusdem Venerabilis Patris opera.

Cuncta, quæ Venerabilis P. Joannes Possev. in
 ediderat, tanta pietatis ubertate, Apparat.
 eruditionis amplitudine, ac latini ser-
 monis puritate conscripta sunt, ut ea
 separatim vario idiomate donata itera-
 to prælo subiicere oportuerit. Simul
 collecta prodire primum Coloniæ anno
 Christi millesimo sexcentesimo vigesimo
 secundo tribus tomis distincta: auctiora
 vero rursus Coloniæ in quatuor tomis
 edita fuere anno Incarnationis Domini-
 cæ millesimo sexcentesimo quinquage-
 simo: novissime tandem, auctior magis-
 que emendata editio Florentiis anno
 Salutis nostræ millesimo septingentesimo
 septuagesimo primo in tribus tomis ador-
 nata existit. In horum primo contine-
 tur ejus *Pharaphrasis in Jobum, interpre-*
tatio Cantici Canticorum, lamentationum
Jeremiæ, Psalmi centesimi trigesimi sexti,
octogesimi tertii, & quadragesimi primi, præ-
ter librum de Prudentia Justorum & ma-
gis succinctam explanationem Cantici Can-
ticorum. quæ opera sensu penitus divi-
 no conscripta fuisse testatur Possevinus.

Alter